...sti. omnibus aquis israhel ut lauer in eis et mun-
der. Cum ergo auertisset se et abiret indignans,
accesserunt ad eum serui sui et ...
ter et si rem grandem dixisset tibi propheta
certe facere debueras. quanto magis ...
nunc dixit tibi. lauare et mundaberis. De-
scendit et lauit in iordane septies iuxta ser-
monem uiri dei. et restituta est caro eius
sicut caro pueri paruuli et mundatus est a
lepra. R. Cuiusque est adiutorium dei cum uiuit. ...
... uenit et stetit coram eo. et ait. Ve-
re scio quod non sit alius deus in uniuersa terra nisi in
deus tuus israhel.

In illo tempore dixerunt pharisei ad ihesum. Quanta
audiuimus facta in capharnaum. fac et hic in
patria tua. Ait autem. Amen dico uobis quia nemo
propheta acceptus est in patria sua. In ueritate di-
co uobis. multe uidue erant in diebus helie in is-
rahel. quando clausum est celum annis tribus
et mensibus sex. cum facta fames magna esset in
omni terra. et ad nullam illarum missus est helias
nisi in sarepta sydonie ad mulierem uiduam.